








Short Gospel for Palm Sunday

Tonus ad líbitum


D 
 Ominus vobíscum. R̄. Et cum spí-ritu tu-o. V̄. Sequénti-a Sancti

 Evangé-li-i secúndum Matthæ-um. R̄. Glóri-a tibi Dómine.

P 
 ostquam cruci-fixérunt Jesum a sexta hora ténebræ factæ sunt

 super univérsam terram usque ad horam nonam. Et circa horam nonam

 clamávit Jesus voce magna, dicens: E-li, E-li, lamma sabactháni? Hoc est:

 De-us me-us, De-us me-us, ut quid dere-liquísti me? Quidam autem illic

 stantes et audi-éntes, dicébant: E-lí-am vocat iste. Et contínu-o currens

 unus ex e-is, accéptam spóngi-am implévit acéto, et impósu-it arúndini,

 et dabat e-i bí-bere. Céteri vero dicébant: Sine, vide-ámus, an véni-at




E-lí-as líberans e-um. Jesus autem, í-terum clamans voce magna, emí-sit




spí-ritum. (Hic genufléctitur, et pausátur aliquántulum.) Et ecce velum



templi scissum est in du-as partes a summo usque de-órsum: et terra



mota est, et petræ scissæ sunt, et monuménta apérta sunt: et multa



córpora sanctórum, qui dormí-erant, surrexérunt.